APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. ROMAE, Mense Iunio MCMXI Num. VI.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA		IN ANGLIA	IN CANADA
apud **Gebethner et Wolf**	apud **"Kronika Rodzinna"**	apud **Burns and Oates**	apud **Libraire Granger Frères**
Varsaviae Polonorum Rakewskie Przedmiescie, 15	**Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.	**London W.** 28, Orchard Street.	**Montreal** 1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentum exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETIUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad **Societatem Editricem Romanam**

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XIV. ROMAE, Mense Iunio MCMXI Num. VI.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

De subsidiis quibus eget res latina commentationes. - III.
Catholici dogmatis conceptus.
S. Othiliae mons.
De Batavo certamine poetico Hoeuftiano.
Fortunae imperium praesidio virtutis frangitur. Elegia.
Ex Italis urbibus. De Catharina Senensi Varagine insigniter culta.
Ex Scotia. De urbe S. Andreae eiusque studiorum Universitate.
Colloquia latina. Proximum examen.
Acta Pontificia. SSmi. D. N. Pii PP. X litterae encyclicae de Catholicae Ecclesiae oppressione in Lusitania.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione Indicis. — Ex Congregatione Rituum.
Diarium Vaticanum.
Annales: Ex Mauritania. — Albanensis seditio. — Mexicanum civile bellum. — Ex Austrorum Imperio.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Libri recens dono accepti.
Aenigmata.
Appendix: Euplius.

DE SUBSIDIIS QUIBUS EGET RES LATINA COMMENTATIONES [1]

III.

Venio ad aliud subsidium rei latinae, quod in conventibus sive conciliis doctorum identidem habendis posui. Duo autem in hac re praecipue expetuntur: unum ut e diversis gentibus quam plurimi legati conveniant; alterum ut ibi colloquentibus et deliberantibus latinus sermo non modo materiam disputandi, verum etiam interpretem ex professo communem idoneumque praebere existimetur.

Antiquissimis quidem temporibus quum neque ars illa typographica inventa esset, qua exemplaria scriptorum affatim multiplicarentur, neque « postales » (sit venia conflato huic apud omnes gentes communi verbo) facultates suppeterent, quibus e dissitis regionibus in omnes partes tuto et celeriter transmitterentur, si quis philosophus divinasset quanta copia genus hominum aliquando librorum et commentariorum et qualibus transportandi instrumentis fruiturum esset, sine dubio praedicere non dubitavisset, fore ut per eiusmodi aetates conventibus frequentioribus plerique supersedere vellent. Falso tamen esset vaticinatus. Nam animorum coniunctio, quae litterarum commercio et librorum divulgatione alitur, corporum quoque praesentia quam maxime gaudet: atque maiores nostrae facultates homines et scripta huc illuc transportandi non modo non inutilia fecerunt concilia, sed maiorem in modum multiplicarunt et auxerunt, prout saepius et a pluribus frequentari potuere. Si hodie furerent Ariani aut Nestoriani, non exigua illa cohors Abrahamica trecentorum duodeviginti *domesticorum fidei* (2) Nicaeam ad maiestatem Unigeniti vindicandam advolaret, non ducenti tantum testes Ephesinis decretis gloriosissimis subscriberent, sed ex ultimis orbis terrarum finibus legiones millenariae excitarentur, ut quam sententiam pro Evangelii puritate iam antea libris litterisque vulgassent, eandem oris etiam testimoniis repetitam confirmarent.

Item aliud exemplum e re sacra petatur. Conventus illi qui ab Eucharistia nomen traxerunt, num a necessitate quapiam proficisci putemus? num ad dogma stabiliendum eos cogi? num dubia ibi solvi? Minime quidem: fides victrix et inconcussa Christifideles convocat; et convocat non tam ad graviter deliberandum, quam ad humaniter laetandum.

Omitto ea quae non minus praesentiam hominum postulant quam animos, qualia sunt spectacula certaminaque athletica et expositiones illae, quae dicuntur artium technologicarum; id vero silentio praeterire non possum, quod etiam opificum legati e diversis gentibus in unum convenire voluerunt, etsi hi ignoratione communis linguae libere inter se agere non poterant. Tanta quippe vis est naturae declarantis tam corpora, ora, vultus sociorum in re communi expeti quam animorum et mentium consensionem.

Sed ad linguarum studia redeamus. Quid quod factitiarum loquelarum auctores toties congregantur? Ut ingenue fatear, invidia me tangit recordantem quam facili negotio isti asseclas suos undique evocent et ad itinera longissima largis impensis facienda alliciant; quos nulla alia res con-

(1) Cfr. num. sup.

(2) *Gal.* VI, 10.

EUPLIUS

(7

Actio dramatica a I. B. Francesia versibus senariis exarata.

ACTUS II.

SCENA I.

MAXIMUS et CALVISIANUS.

MAXIMUS.

Nunc est agendum!

CALVISIANUS.

Res nobis propitia!
Nunc sunt in primis isti tollendi duo,
Nobis qui maximum gerunt obstaculum.

MAXIMUS.

Sed apta nobis quomodo res venerit?

CALVISIANUS.

Ad hoc te quaesivi!

MAXIMUS.

Quid dicam nescio!

CALVISIANUS.

Et es tu magnus ille vir, virtute cluens
Movet qui caelum nutu, terramque percutit?

MAXIMUS.

Missas istas facias, volo, ad rem veni;
Heic nam tempus sic male nos terimus.

CALVISIANUS.

Iamdudum mecum nexo sycophantias,
Queis hos capiam viros vaferrimos.
Modo versutiis si duos adimas,
Orbis Christianus fractus illabitur!
Prius sed Euplium debemus tollere.
Da, pol, consilium mihi, da, Maxime?

MAXIMUS.

Tibi quid dicam nunc? nihil mens suggerit.

CALVISIANUS.

Plecte fecundum pectus!

MAXIMUS.

En quod dicerem...
Ego accusarem quod Christianus!

CALVISIANUS.

Minime!
Ei foret fatendi bella opportunitas,
Christum prae ceteris adorandum diis.

MAXIMUS.

Multi sed gravibus moti suppliciis
A Christo raptim recessere turpiter.

CALVISIANUS.

In his? (*studiose in eum oculos figit*)

MAXIMUS.

Quid dicis? Memoras quid criminis?
Hanc utinam possim lavare maculam!
Adhuc tentavi caelum, terram, nubila.
Seratur falsa per fratres opinio
Libros tradidisse propter formidinem.

CALVISIANUS.

Sed ipse.....

MAXIMUS (*subridens*).

Primitus tollendus de medio.
Hic iam sepultus diceret quid amplius?
Crebras tu congeres modo calumnias.....
Inter popellum restat quid flagitii;
Adsolet ut veneno lana fucarier,
Semper quae maculas refert in posterum.
Peribit omnis viri existimatio! (*solemniter*).

CALVISIANUS.

Quî possis Euplium de medio tollere,
Cum vivat plurimis cinctus hic fratribus?

MAXIMUS.

Erunt et commodius viri sicarii!

CALVISIANUS.

Quidem te nuper praeoccupavi. Tene.
Hic est bonus moribus praeter consilium.....
Nonne?

MAXIMUS.

Probe!

CALVISIANUS.

Pro aegris suis sollicitus,
Queis exercet magnam diligentiam
Eis dat stipem nunc, et dat in posterum;
Cadat modo si quis in agritudinem,
Currit benignus comis, ut nihil supra.

SCENA II.

CYRUS, CALVISIANUS, MAXIMUS. (1)

CYRUS.

Et illi perfidi! Cur venerunt? Audiam!

MAXIMUS.

Quid haec ad rem?

CALVISIANUS.

Quid haec? Nondum tu intelligis? (2)
Dedi nuper ipsi dolentis lit'eras
Ut illum visitet dulcis ipse pervelit.....

MAXIMUS.

Et ipse?

CALVISIANUS.

Decidit bene in insidias!
Sic ipse pergit pedibus promptissimus
Ad aegrum... Texui secus insidias,
Eum sicarii per viam fodient!

CYRUS (*commotus*).

Deus, Tibi gratias ago quam maximas,
Quod huc pervenerim opportuno tempore!

(Ad proximum numerum).

(1) *Cyrus in scenam caute procedit, et duorum suspicione ductus, aubus adrectis, sermonem arripit.*

(2) *Progreditur manu eum tenens, quo confidentius loquatur.*

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteras gentes,** quo facilius satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redituum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA

JOANNIS B. FRANCESIA

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA

JOANNIS B. FRANCESIA

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

EDITIO ALTERA

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XIV. | Romae, Mense Iulio MCMXI | Num. VII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

Condidit ARISTIDES LEONORI eques

Possidet atque administrat SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud **Gebethner et Wolf** — **Varsaviae Polonorum** Rakewskie Przedmiescie, 15

apud **"Kronika Rodzinna"** — **Varsaviae Polonorum** Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN ANGLIA

apud **Burns and Oates** — **London W.** 28, Orchard Street.

IN CANADA

apud **Libraire Granger Frères** — **Montreal** 1699, Rue Notre-Dame